AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh.
Seite 28r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26422
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ab ipso beato cypriano consilium querite. adtendite quantum
de bono unitatis presumpserit. unde se non diruptis adversa
sententia ab eis cum arbitraretur eos qui extra ecclesiam communi
one baptizarentur baptismum non habere. credit tamen eos in ecclesiam
simplicitate admissos, propter ipsius unitatis vinculum posse ad
veniam pervenire. sic enim soluit questionem quam sibi ipse proposuit. adiuvanti ita scribens. s; dicam aliquis. Quid igitur fi
et de his qui in pretritum de heresi ad ecclesiam venerint. sine bap
tismo admissi sint. Porrens etiam misericordia sua indulgentiam es
dare. et eos qui ad ecclesiam simplicitate admissi in ecclesia dor
mierint. ab ecclesiae suae muneribus non separare. Qd sit autem precio
sius. utrum omnino non baptizari. an rebaptizari iudicare dif
ficile est. Video quidem quidam plures homines detestantes atque
horrentes. verumtamen recurrens ad illa stateram dominicam.
ut non ex humano sensu sed ex auctoritate divina rerum mo
menta perdunt. inuenio dominum utraque rem in sententia. Nam
et petro dixit. Qui lotus est. non habet necessitatem iterum lauan
di. Et nicodemo. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non in
trabit in regnum celorum. Qd habent secretae diuinitatis
di. hominibus quales nos sumus difficile est fortasse cogno
scere. Quantum tamen ad ipsa sacramenta attinet cuilibet hoi ma
nifestum est. quantum dictum est non habet necessitatem la
uandi et non intrabit in regnum celorum. Ipsa denique ecclesia ita
dictum tenet ut hominem sine baptismo adultare prius